



Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Mariae Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Exempla virorum, qui pro castitatis integrutate tuenda, quamvis graviter,
& interdum ad mortem usque impugnati, strenue tamen decertarunt.

Sect. 3. n. 22 [i.e.23.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

à nauclero, qui post bimestre tempus eō venturus erat, in suam Civitatem se deducendam curaret: quo dicto, mare signo Crucis obſignans, ac Deo ſe commendans, statim ſe in illeſu proceſſit, ubi à duobus Delphinis exceptus, in terram eſt delatus. Is vero reliquum vitæ tempus de Civitate in Civitatem ſine virga, & pera migrando, quotidianiſ eleemosynis a priis viris quæſitris vivebat, atque in hoc vitæ gene- re bienniſ ſpatio centum & ſexaginta quatuor Urbes peragravit; tandem Atheus in templo ſuper ſeamnum reclinatus, ab Epifcopo, qui de eius sanctitate divinitus erat praemonitus, benedictione percepta migravit ad Domitium. Puella vero illa nomine Photina in ea rupe Domino servire coepit, & ubi nauclerus conſtituto tempore venit, inde recedere noluit, ſed ab eo enixè petuit ſibi aquam, & panem ſuppeditari, ibique exactis in ea exercitationis annis ſex, fanē obiit: cuius corpus nauclerus Cæſaream Palæſtinæ declatum, iuſſu Epifcopi, cui rem omnem narravit, honorificè ſepeliendum curavit. haec ex Metaphraſte, qui fufus rem omnem persequitur.

Ex quibus omnibus perſpicue conſtat quantum vel modica ejusmodi cum mulieribus ſub eodem lecto cohabitatio, viro caſtitatis tuenda studioſo ſit penitus fugienda.

E X E M P L A V I R O R V M , Q V I P R O
caſtitatis integritate tuenda: quamvis gra-
uer, & interdum ad mortem uſque impa-
gnati: ſtrenue tamen decertarunt.

S E C T I O III.

SED age dicamus iam de viris iis, qui non ſtantum in pace, hoc eſt, a nullo viſibili hoste faciliſſi; verum etiam in bello, id eſt, ab aliorum impudenti proeacitate ad flagitium im- portunè ſollicitati, caſtimonia tamen decauſa divino beneficio fortiffimè ſunt tutati; & the- ſaurum iſum caſtitatis, (ut verbis in Aſto- li) in vafis ſetilebus, hoc eſt, in fragili, terreno- que corpſculo, non minus acriter, & ſtrenue quam caute, prudenterque cuſtodiuerunt, quod ſane non minus diſciele, quam glorioſum fuit; ſcide enim à quodam pronunciatum novimus: *Cajetan in ſuorum. verbo refutatio.*

Notum eſt illud, quod D. Hieron. in vita D. Pauli primi Eremitæ, memoriae prodidit, de

martyre quodam in perſecutione Decii, & Valeriani, cuius animam callidus hostis jugula e- volebat, qui in molli lecto blandis neſtibus co- ſtrictus, ut meretricis ieimpudice correctanis petulantiam uiceret, neque voluptas ſupera- ret, quem tormenta noui vicerant, cœlitus in- ſpiratus, præciam mori lingua in oculan- tiſ ſe faciem expuit, ac ſic libidinis ſenſum, ſuc- cendens doloris magnitudo ſuperavit. hujus meminit Martyrologium die 28. iuſſi.

Simile quid plane recife naratur Nicera martyr Nicomediensis: is poft atrocissima pro Christi fide exhausta tormenta, à tyranno in ſtrato vincitus, contra impudicam mulierculam oculis & amplexibus ipsam ad turpititudinem provocantem, ut ea ratione ad inianum Deo- rum ſuperſtitioñem facilius traduceretur, in e- jus faciem præciam dentibus lingua proje- cit: ſicque illa confusa recessit, ut videre eſt a- pud Petrum in Catal. Sanctor. lib. 8. cap. 70.

Sub perſecutione quoque Diocletiani nar- rat Nicēphorus lib. 7. cap. 13. Ascētem quen- dam, hoc eſt, Monachum, ſimiſ agone decer- tasse, cum enim ejuſ fides in Christum innu- meris tormentis expugnari nequaquam potu- iflet; in lecto ligatur, & a procaci muliere oculis, complexibus, & impudica attrectatione ad libidinem incitat: is vero lingua denti- bus præciam in meretricis faciem expuit, ſicq; pudicitie viator extitit, & paulo poſt vitam martyrii ſigillo conſirmavit ita Nicēphorus.

S. Pelagius martyr Hispanus ætate adole- ſcentulus, cuius celebris memoria exstat die 26. Jūni in Martyrologio, ubi paſtus ſcribitur Corduba ob confessionem fidei iuſſu Abdarameni Saracenorum Regis. Is in tenua pu- diitia, plusquam virilem conſtantiam, & ani- mi magnitudinem p̄r ſe tulerit: cuius nobile certamen complices litteris mandarunt, inter quos Ambroſius Moralis in addit. ad S Eulogium, Vaſteus in Chon Hispanie, & noſter Martiana lib. 7. de rebus Hispaniæ cap. 20 eu- jus verbis illud hoc loco referendum exiftimau- vi. Cum in pugna, inquit, qua anno' 920. ma- gna animorum contentione, & ſtrage ab Ordono Legionelli Rege cum Abdarameno Cot- dubensiſ Mauroru Rege eſſet dimicatu, ca- pri in pugna a Mauris Epifcopi, Duſcidius Sal- manticensis, Tudensis Hermogius, paſto pre- ſeo redempta libertas, duni aurum appenditur, obſides dati, pro Hermogio ſororis filius Pelagi us in ipſo ætatiſ flore uenustate eximta, barbari-

Martyr
quidam
linguam
ſeruabſci-
dit ad libi-
dinem co-
ercendam.

Simile ex-
emplum de
Niceta,

Petrus de
Natalib.

Simile ex-
emplum de
quodam
Monacho
martyre.

S. Pelagius
martyr.

Martyrob.
Roman.

Regis pto.

TRACTATUS DE UTRUSQUE

734

Regis animum, alioquin in libidinem procliven, vehementer inflammavit; augēbatur impuri, atque nefarii amoris flamma. adolescent, & suapte natura ad modestiam compositus, & in plena sapientia, ac sanctitatis domo educatus, de turpitudine identidem appellatus repugnayit primum: deinde cum precibus vincī non posset, & vis adhiberetur, procaci regi pugnos in faciem impegit. Animi constantia, & pudicitie cultus exiūm a tulit, ferreis forcipibus laniatus, membratimque disiectus, Regis impii, & immanis iussu in Bætim fluvium jactatus est die Dominicā, qui dies Junii mensis 26. fuit nimurum salutis anno 925 defuncto honores tanquam martyri habiti, cultuque decretus: corporis partes in D. Genelli, caput in S. Cypriani cemiterio sepultum. Eò major gloria dignus, quod qua uordecim non amplius annos natus erat, minus mensibus sex, cum id virtutis, & constantiae specimen edidit. haec enim Mariana. Raguel quoque, qui eo tempore, quo S. Pelagius martyrium subiit Cordubæ verbabatur ejus praeclarum pro Ch. isto certamen litteris mandavit, quod Ambrosius Moralis ad Eulogii librum veluti appendicem apposuit, ac scholis illustravit, quodque Baron. recitat tom. 10. ad annum Domini 925. scribit autem Raguel S. Pelagiū in Gallacia oriundum decennem in obſidem datum, qui triennium, & semis, quo manſit inclusus, venturi praescius, ad martyrii preparationem impendit: quo tempore clapo cum ab impuro Rege ad turpia sollicitaretur; pudicissimus vero adolescentis strenue cum, ut dixi, a se rejetat, & Ch. istianum se columnmodo prædicare, iussus est ferreis forcipibus appendi, ac sursum, ac deorsum levare, & deinde membratim gladio scindi; quare per summam crudelitatem unus carnificum brachium illi radicibus amputavit, aliis tibias defecavit, aliis etiam cervices ferire non destitit, Pelagio intertem intrepide Dominum Jesum Christum invocante. hæc ex Raguele, qui ait s. Pelagiū passum Æra 963. hoc est iuxta Baroniū anno 925.

Poſtea, quemadmodum idem Mariana refert lib. 8. cap. 7. & 8. sub finem vite ejusdem Abderrahmani Cordubæ Regis, qui anno Domini 959. in extrema senectute deceſſit, Sanctius Legionensis Rex honestissima legatione missa, pro iure initæ olim amicitiae, petuit Pelagiī martyris corpus ad se mitti, id munus magno beneficii loco habiturum, quod Abdaramen-

nus facere detrectavit, sed ab ejus filio, & successore. Alhaca non multò post eſt impetratum, quod in Monasterio Sancti Regis impensa Legione extructo, collocatum eſt, uti ipſi in animo fuerat sacris exuviis Martyris ædem augustinorem facere. Id cœnobium Joannis Baptiste, aque Pelagiī olim nomen prætulit, nup̄ D. Isidoro sacram. hæc ex Mariana.

His adjungi possunt duo Religiosi ex facto Ordine Minorum, qui de Observantia dicuntur, quorum egregia castitia virtus, in preferenda pro ejus custodia, morte enuit, de quibus in 3. part. Chron. S. Francisci lib. 1. cap. 56. Cum Minorum de observantia exortum eſſet Institutum, quidam frater junior egregia tum animi, tum corporis forma, Anconz in Piceno à Guardiano missus eſt ad stipem officiam cogendam, cum mulierculæ quedam erogandæ eleemosynæ prætexu intra domum accersitum, atque ingressum, clauso ostio ad scelus invitarunt; quod cum constanter detestaretur, ab eis eſt interfactus, & sequenti nocte clam ejus cadaver ad monasterii ostium delatum eſt.

Non abſimile Fesulus in Tuscia occidit alteri ex iſidem Minoribus, Sebastiano nomine. Is cum in aliorum convicti affabilem & vulnila em se præberet, ut propterea leuior, ac liberior haberetur, atque a suis Moderatoribus, quas prompta voluntate suscepiebat, injunctis cerebro penitentis multaretur; a duabus tamē mulieribus ejus turpi amore flagrantibus, dum eleemosynam peteret, eadem fraude in dominum evocatus, cum eis consentire prorū renueret, ab iſidem eſt præfocatus. Verum post aliquod tempus castissimum ejus corpus iſidem religiosis restituerunt.

At vero, ut ex iis, quæ narravimus exemplis viri finit aliquid ad nostram eruditionem derivemus; talibus sicuti invicta ejusmodi religiosorum constantia, qua pro castitate servanda mortem foriter oppicerunt, merito eſt prædicanda; ita viri præsertim religiosis diligenter cavendum eſt, ne illo in loco soli sine teste cum mulieribus agant, quod Ex Bona S. Bonaventura sapientissimus religiosorum instituendorum magister, in speculo disciplinæ in Speculo ubi agit de disciplina in hospitio servanda, de disciplina quodam memorabili exemplo ostendit: Loca. c. 4. ſed in inquit, qua periculi, vel suspicionis materiali dare poſſunt, caute declinent, nec ſoli cum muliere in locis hujusmodi, vel ad modicum cap. 30.

morentur. Domina quædam, ut fertur, dum duo Religiosi ad ejus domum divertissent, alterum eorum vocavit in cameram, quasi secreto aliquid sibi locutura: quem ingressum mox ad turpitudinem provocans asseruit firmiter te continuo contra ipsum quasi ei violentia inferentem, nisi statim sibi acquiesceret, clamaturam. Tunc doctus à Domino frater, antequam mulier in vocem clamoris prorumperet, ad fratrem confidit, qui cum pluribus personis in atrio domus erat, alta voce clamavit, librum sibi continuo asseriti requirens: siue adveniente fratre, necesse habuit mulier ab hujusmodi nefaria sollicitatione cellare, & frater hominum confusionem evasit. Nonnulli ob causam similem confusi turpiter, & verbigerati graviter fuisse dicuntur: *Qui autem caverit laqueos, securus erit: qui autem non caverit, est aut stultissimus, au perversus, nec est ejus excusatio admittenda.* hoc usque S. Bonaventura

Prov. 16.

**VIRORVM EXEMPLA QVI A
Mulieribus ad flagitium sollicitati vi-
giliter resisterunt,**

Nec silentio prætereundi sunt complures sanctitatem præclaras, qui mulierculatum petulantiam castarum thesaurum blanditus, & precibus invadere conantur acriter, & strenue propulsant.

**S. Christo-
phorus
martyr o-
ris sui ful-
gore S. Ni-
cetæ & A-
quilonam
mart, con-
vertit.**

**S. Solitarius
quidam
pro pudici-
tia sibi di-
gitos com-
bussit.**

Ne silentio prætereundi sunt complures sanctitatem præclaras, qui mulierculatum petulantiam castarum thesaurum blanditus, & precibus invadere conantur acriter, & strenue propulsant.

S. Christophorus martyr præclarissimus Nicetæ & Aquilonam so: ores impudicas ad eum voluptatibus deliciendum in carcere a tyranno immisiles, & procaciter eum ad turpitudem urgentes, subira luce ex ejus facie divinitus micante exterritas ad Christum convertit, que die 24. Julii post multa tormenta martyrii palmarum capitis obrunctione consecute sunt, de quibus Petrus de Natalibus lib. 6. cap. 31. & 135 & Surius in S. Christophoro tom. 4.

Solitarius quidam in inferioribus partibus Ægypti sanctitate insignis erat, de quo in vita Patrum lib. contra fornicationem. Ad hunc meretricula quedam sponsione cum nonnullis juvenibus de viro Dei decipiendo facta, ad vesperascentem jam die veluti etrabunda venit ad ejus cellam, & ne quid à feris ea nocte patetur, lachrymis se in hospitium recipi impetravit: quo facto Saranas vehementer cum ad flagitium tentare cœpit. Verum accensa lucerna secum tacitus ipse dicebat, expiarat num ignem

inferni, quem forniciarii merentur, sustinere possim; digitum ad ignem admovit, quem cum incendisset, nullo sensu corripiebatur propter nimiam concupiscentia carnis flammam, lieque reliquos omnes suos digitos ad matutinum usque tempus incendit. Quod cernens Ilem morinfelix muliercula pre horore obrigit, ac tuam mandem mortua est; eam extinctam ab iis, à hierem ad quibus missa erat, manè repertam vir sanctus vitam refusis precibus vitae restituit; mox ad Deum vocavit, conversa, vitam deinceps castam duxit.

S. Ludovicus Cathalaunensis Episcopus corpore venustus, & pudicus, a quadam Galliae Regina opportuno loco ad flagitium invitatus eam torvo oculo aspiciens rejecit, cuius oculus post 490, & eo amplius annos in cadavere caligati non potuit, quem quasi crystallum lucidissimum in elevatione ejus cadaveris vidit Johannes de Firmitate Abbas Canonicorum Regulianum, a quo haec accepit Thomas Cantipratensis, eaque litteris mandavit annum circiter 1260. in lib. 2 apum cap. 30. §. 33.

S. Bernardus adolescens propter egregiam formam à variis mulieribus vehementer sollicitatus, ut videre esset in ejus vita lib. 1. cap. 3, semper fortissime resistit, & virginitatem sancte coluit, semel hospitatus cum sociis apud quandam matronam, cum noctu illa ad eum impudenter accederet clamare cœpit lacrones, lastrones, quibus vocibus excitata familia, illa recepsit: verum cum secundo & tertio improba mulier redisset, illedem vocibus eam à se abegit, & cum adhuc degens in sæculo curiosius oculos in quandam mulierem desfixos aliquandiu tenuisse, apud se erubescens, in stagnum gelidum aquarum collo tenuis insiliens tamdiu ibi permanuit, donec penè exanguis effectus, carnis concupiscentia calor, Dei beneficio refrinxit.

S. Franciscus, de cuius virginitate suprà diximus, verbum Dei in Apulia prædicans, cum Frid. ricu secundi Imperatoris iussu, ut esset in Chronicis Minorum lib. 1. cap. 61. à primario quadam ejus aulico, qui hyberno tempore cum ad coenam invitata, non fu in ejus cubiculum submersa esset muliercula quedam speciosa, & ad turpitudem importune hominem sollicitare, præmissa oratione, pavimentum carentibus pruni ex proximo igne contra vitabilem abique lascione decumbens ad idem stratum mulierculam invitavit: sed haec positis genibus se Deum, ejuisque servum offendisse

26.
**S. Franciscus,
de Affiso
supra can-
dentes pri-
nas propa-
dictio de-
cumbens
non uni-
sur.**

Zzzz pro-